

/ Ill^{me} et R^{me} Dñe Observ^{me}.

Dolorem quem obitus optimi parentis nostri PP. Clementis VIII
atque absentia ab electione novi pontificis mea, maximum mihi attu-
lerant, mitigat iam et lenit voluptas ingens quam ex electione
~~5~~ S^{mi} D.N.PP.Leonis XI capio, precorque Deum supplex, ut vivificet
Christum suum, corroboret corporis et animi viribus, praeesse no-
bis diutissime ad aedificationem Ecclesiae et illuminationem his
qui in tenebris et umbra mortis sedent, largiatur. Ego quidem sa-
ne multo iam alacrius contendam ad Urbem, cum osculandi pedes
~~10~~ Sanctitatis Suae, tum Ill^{mae} Dⁿⁱ Vestræ serviendi studio, profi-
ciscarque hinc ubi primum per calores aestivos licuerit. Interim
commendo me in gratiam Ill^{mae} D^{nis} v^{rae}, oscularque humil
eius, atque cuncta ipsi ex animi sententia evenire opto.

Datum Seve 17 aprilis 160

~~15~~ Ill^{mae} et R^{mae} D^{nis} v^{rae}

Humillimus servus

Bernardus Card^{lis} Macicovius.

Ill^o D^{no} Card^{li} Belarmino.

F.B.3, fol.68. Original.